

o Tyb. al. Tyburi.

o Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. d eorum.

o al. Ita: De his qui matrimonium, &c. al. desunt illa verba, vel contra illud testificari. i al. Patri. nens.

o Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil.

h Vide Canon. Tit. scilicet 24. de reform. matr. cap. 2.

o Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. * deponentes.

o Cap. 1. tit. de matr. contr. inter. Eccl. celebr. in 1. Compil. refert Grat. five Pa. lea 35. q. 6. c. 2.

o al. Clemens Papa Florentino Episcopo. al. Celestinus Papa Flor. Episcopo. al. Celestinus III. &c.

o Cap. 1. tit. de matr. contr. inter. Eccl. celebr. in 1. Compil. refert Grat. five Pa. lea 35. q. 6. c. 2.

o Vide Lanfranc. de Oratione in cap. quoniam contra. sup. de proba. & Specu. tit. de test. S. 1.

XV. IDEM Episcopo Tibu. b 35 [c. an. 1214. Româ in Campaniam.]

Proles Infidelium, qui postea convertuntur, legitima est, etiam si parentes sunt in gradu prohibito lege Canonica.

GAudemus: Et infra. Ceterum prolem de Infidelium conjunctionibus natam, qui secundo, tertio, vel ulteriore gradu, secundum opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam, utilitate publica fruente, legitimam volumus reputari.

PITH. 35 Episcopo Tibu.] Episcopo Tyberiad.

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSUNT, VEL CONTRA ILLUD TESTARI.

TITULUS XVIII.

I. ALEXANDER III. Parisiensi Episcopo. [c. an. 1172. Româ in Galliam.]

Cum agitur de fœdere matrimonii, reo absente contumaciter, possunt super impedimento matrimonii recipi testes, dummodo sint legitimi; Et ad dicta eorum fertur sententia.

RELATUM est, quod cum pater cuiusdam puellæ eam cuidam civi Parisiensi nupti tradidisset, maritus post aliquot annos, quibus cum uxore permansit; propter homicidium quod commisit, de civitate, timore mortis, exivit. Nunc autem dicitur posse probari quod pater puellæ eum de sacro fonte levavit: sed literis tuis quæsitum nondum potuit inveniri, licet quinquennium sit transactum: Et infra. Ceterum consultationi tuæ taliter respondemus, quod si juvenis & puella aliquot annis sine quæstione fuerunt simul, qui præscriptum matrimonium nunc accusant, non videntur suspitione carere. Quod si manifestum est quod asseritur, aut legitimi accusatores & testes appareant; postquam juvenis fuerit cum omni diligentia requisitus, etiam si nequiverit inveniri, testes recipere poteris, & sine Canonico iudicio terminare.

PITH. 1 Parisiensi Episcopo.] Parmensi. 2 Parisiensi.] Parmensi.

II. CLEMENS III. [c. an. 1190. Româ.]

Accusatio & testimonium in causa matrimoniali personaliter & non per literas fieri debent.

ANobis est quæsitum, utrum aliqui super accusatione matrimonii nihil voce propria deponentes, debeant per solam chartulæ conscriptionem admitti. Ad hoc respondemus, quod in talibus, nisi quantum ad præsumptionem, nullius momenti est, conscriptio quoad sententiam profereendam, nisi alia legitima adminicula suffragentur.

PITH. 3 A nobis, &c.] Vide Can. Prescripta. caus. 2. quæst. 8. Can. Absente. caus. 30. quæst. 9. cap. 22. sup. de testib.

III. CLEMENS III. PAPA Florentino Episcopo. [c. an. 1190. Româ in Tusciam.]

In causa matrimoniali super consanguinitate & contractu testificari possunt consanguinei & parentes.

VIDetur nobis: [Et infra.] Quod parentes, fratres, & cognati utriusque sexus, in testificatione suorum ad matrimonium conjugendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam cum testibus & chartis, tum etiam ex recitatione majorum scire laborat: qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse: ita ut si non interfuert, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod verò legitur, pater non recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus causis & contractibus verum est. In matrimonio verò conjugendo & disjungendo ex ipsius conjugii prerogativa, & quia favorabilis res est, congrue admittantur.

Quod secunda quam contra prohibitionem Ecclesie duxit, non sit uxor, etiam si primam non habet desponsatam: nam quod contra interdium & ordinem Ecclesie factum est, ratum non haberi tanquam inordinatum, tam divine, quam humane legis auctoritas proclamatur. Quia igitur ea quam inordinatè superduxit prohibitionem veniente uxor non est, cogendus est eam recipere, quam juravit & desponsavit, atque ex ea prolem genuit, ut juramenti religio non vituperetur, & fides adinvicem conservetur promissa, & proles in cultu Dei nutrietur & educetur, & alii exinde occasionem peccandi, & alius decipiendi, assumere non valeant.

PITH. 4 Videtur nobis, &c.] Pars est Canonis Videtur, caus. 35. quæst. 6.

Legibus approbatur.] L. Quamvis 2. C. ad leg. Jul. de adulter. cap. 1. de consanguinit. & affinit. in 4. Collect.

IV. IDEM [c. an. 1190. Româ.]

Invita desponsata, postea sponte cognita, contra matrimonium non auditur.

INSUPER adjecti, quod aliqui cum quadam innubili puella contraxit, quæ tandem atatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamavit, afferens se semper ab initio dissentisse; quod per testes probatam & conversatione præclaros. In hoc itaque casu sententia quod adversus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem sui legitimum annum attingens, cum potuit, minime reclamavit: sicut enim ante legitimum consensum (qui in duodecimo anno spectatur) potuit dissentire, sic postquam legitimo tempore accedente semel eum copulæ carnali consensit, ex ratiabilitate sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse.

PITH. 6 Insuper adjecti.] Pars est cap. Laudabilis.

V. INNOCENTIUS III. Archiepiscopo Preposito & Priori Sanctæ Mariæ de Alban. 7 Genue. [c. an. 1214. Româ in Tusciam.]

Repletur accusans matrimonium propter quæstum.

SIGNIFICANTE M. de Canula nostro est Apostolatus declaratum, quod cum N. duxisset legitime in uxorem, S. mater ipsius nita est matrimonium accusare, ut ab eo pecuniam extorqueret; & licet intellectui suo prava non possint opera respondere, nihilominus vult habere pecuniam, ut ab accusatione desistat.

Cum igitur non sit malitiosus hominum indulgentum; mandamus, quatenus si est ita, ipsam ab accusatione matrimonii repellentes, eidem super hoc silentium imponamus.

PITH. 7 Sanctæ Mariæ de Albano.] V. C. Sanctæ Mariæ de Jubino, Ordinis Cisterciensis, Januensis Diocesis. 8 De Canula.] de Canilla. 9 N.] M.

VI. IDEM [c. an. 1214. Româ.]

Repletur ab accusatione matrimonii, qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignoravit, vel juret de novo didicisse, & quod non objicit illam malitiosè.

CUM in tua Diocesi: Et infra. Si verò post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum, quando banna secundum consuetudinem in Ecclesiis edebantur, utrum vox suæ debeat accusationis admitti, merito quæri potest. Super quo sic duximus distinguendum, quod si tempore denunciationis præmissæ, is qui jam conjunctos impetit, extra Diocesim exisset, vel alias denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire; ut puta si nimis infirmitatis fervore laborans, sanæ mentis patiebatur exilium: vel in annis tam teneris infirmitas, quod ad comprehensionem talium, ejus ætas sufficere non valebat, seu alia causâ legitima fuerit impeditus; ejus accusatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter præsumatur quod denunciationem publicè factam idem existens in ipsa Diocesi, minime ignoravit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus: nisi proprio firmaverit juramento, quod postea didicerit ea quæ objecerit, & ad hoc ex malitia non procedat; quia tunc etiam didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: quoniam etiam ab impetitione hujusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoveri nequiret, cum culpabilis non existeret.

PITH. 10 Idem.] Episcopo Belvacensi. 11 Cum in tua Diocesi.] Junge cap. 27. sup. de Sponsalib.

DE DIVORTIIS.

TITULUS XIX.

I. EX CONCILIO apud Wormaciam [in Germania.]

Homicidium necessarium non privat spe conjugii; sed machinatio in mortem conjugis sic.

SI qua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata est, & ipse aliquem illorum de defendendo occiderit; potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere: ipsa autem infidelitatis poenitentia, abique spe conjugii, stet subjecta.

PITH. 1 Si qua mulier.] Caus. 31. quæst. 1. Can. Si qua mulier.

II. ALEXANDER III. [c. an. 1180. Româ.]

Conjuges propter alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter fornicator: & tunc durat conjugium eis etiam separatis.

REHIVIT a nobis: [Et infra.] Nos itaque taliter respondemus, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui (nisi hdei suæ religionem cõtrumpere velit) ab eo separari non debet. Verum si conjugem suam ad infidelitatis matelium traxerit, a viro poterit separari, ita quod ei nubere alii non licebit; quia licet separantur, semper tamen con-

o Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

o induxiffe.

o Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. sub Alex. III. p. 50. c. 29.

o C. unic. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 6. c. 14.

o al. Ita: & quod ad hoc procedit.

o De materia hujus tituli, vide Theologos lib. 4. sentent. dist. 35. & per Sylvestrum reman Summa, verbo Divortium. 3 Wormaciam. 4 Wermetias. 5 C. 1. eod. tit. in 1. Compil.

o Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. sub Alex. III. p. 50. c. 22. 5. quod autem. Vide Sotum 4. sentent. dist. 37. q. 119.

VII. INNOCENTIUS III. Ferrariensi Episcopo. [c. an. 1212. Româ in Insuliam.]

Vinculum conjugale non dissolvitur, altero conjugum Fideium in heresim lapsa. Sed si unus Infidelium conjugum convertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali; solvitur conjugium, & conversus contrahere poterit.

QUANTO te novimus in Canonico jure peritum: [Et infra.] Sanè tua F. intimavit, quod altero conjugum ad heresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota deliderat convolare, quod utrum possit fieri, per tuas vox duxit literas consulendos. Nos igitur consultationi tuæ respondentes distinguimus, licet quidam Prædecessor noster sensisse aliter videatur; an ex duobus Infidelibus alter ad Fidem Catholicam convertatur, vel ex duobus Fideibus alter labatur in heresim, vel decidat in Gentilitatis errorem. Si enim alter Infidelium conjugum ad Fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit: & in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus: Si Infidelis discedit, discedat; frater enim vel soror non est servitus subjectus in hujusmodi: & Canonem etiam in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur. B. Ambrosius Si verò alter Fideium conjugum vel labatur in heresim, vel transeat ad gentilitatis errorem; non credimus quod in hoc casu is qui relinquitur, vivente altero, possit ad secunda nuptias convolare, licet in hoc casu major appareat contumelia Creatoris. Nam est matrimonium verum inter Infideles exiit, non tamen est ratum: inter Fideles autem verum & ratum exiit; quia sacramentum fidei, quod se altero est admittum, nunquam amittitur, sed ratum efficitur conjugii sacramentum, ut ipsum in conjugibus illo durante perduret. Nec obstat quod a quibusdam forsan objicitur, quod Fidelis relictus non debeat jure suo sine culpa privari; cum in multis casibus hoc contingat, ut si alter conjugum incidatur. Per hanc responsonem, quorundam malitia obviatur, qui in odium conjugum, vel quando sibi invicem displicerent, & eas possent in tali casu dimittere, simularent heresim, ut ab ipsa, nubentibus conjugibus, resillirent. Per hanc ipsam responsonem illa solvitur quæstio, quæ quæritur, utrum ad eum qui ab heresi vel infidelitate revertitur, is qui permansit in Fide, redire cogatur.

Tandem f. t. amplius in Domino commendamus, quod in dubiis quæstionum articulis ad Se. Ap. recurris; & disponente Domino cunctorum Fideium Mater est Magistra, ut opinio quam in eis quondam habueris, dum alios Canonici juris peritiam edoceres, vel corrigatur per Sed. Ap. vel probetur.

PITH. 9 Prædecessor noster.] Urbanus III. cap. 3. sup. nam Celestinus episcopa que extat in 2. Collect. Decret. sub tit. De Convers. Infidel. cum hoc capite convenit.

o Canonem in quo dicitur, &c.] Can. 2. caus. 28. quæst. 2. ex Ambrosio in epist. 1. ad Corinth. ubi & Joannis Chryostomi eadem sententia est.

VIII. IDEM Tiberiaden. Episcopo. Tiberaden. [c. an. 1212. Româ.]

Pagani juncti in gradu prohibito lege Canonica tantum, conversi ad Fidem non separantur. Hoc primò. Si Paganus prius plures uxores habebat, post Fidem susceptam adharebit primæ. Hoc secundo. Et si repudiata uxore cum secunda contraxerit, etiam post Baptismum dimittet secundam, & adharebit primæ repudiata, etiam si repudiata cum alio contraxisset, secus si fornicata fuisset. Hoc tertio.

GAudemus in Domino: [Et infra.] Utrum Pagani uxores accipientes in secundo vel tertio vel ulteriore gradu sibi conjunctas, sic conjuncti debeant post conversionem suam in simul remanere, vel abinvicem separari, edoceri per Scriptum Apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quod cum sacramentum conjugii apud Fideles & Infideles exiit, quemadmodum ostendit Apostolus dicens: Si quis frater Infidelis habet uxorem, & hæc consensit habitare cum eo, non illam dimittat, & in præmissis gradibus a Pagani quoad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus Canonice non artantur: (quid enim ad nos, secundum Apostolum eundem, de his quæ foris sunt, judicare?) in favorem præsertim Christianæ Religionis & Fidei, a cuius perceptione per uxores se deseri timentes viri, postulat facile revocari: Fideles hujusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt & licite manere conjuncti, cum per Sacramentum Baptismi non solvantur conjugia, sed crimina dimittantur. Quia verò Pagani plures in simul feminas affectum dividunt conjugalem, utrum post conversionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur: [Et infra.] Verum absonum hoc videtur, & inimicum Fidei Christianæ, cum ab initio una costa in unam feminam sit conversa; & Scriptura divina testetur quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adharebit uxori suæ, & erunt duo in carne una; non dixit tres vel plures, sed duo: nec dixit, adharebit uxoris, sed uxori: [Et infra.]

E e iij

juges erunt. In viris quoque præsentis sententiæ forma servetur.

Utrum mulier pro latrocinio aut quolibet alio crimine a viro suo debeat separari, & alii nubere; & de viro simili modo proposuit, & utrum pro quolibet flagitio possit a conjugio dici, & aliam sibi legitime matrimonio copulare.

PITH. 2 Alexander III.] Alias, Gregorius IX.

o al. Ambien.

III. IDEM Ambianen. Episcopo. [c. an. 1180. Româ in Galliam.]

Vir non potest dimittere uxorem sine judicio Ecclesie, etiam propter impedimentum parentela notorium. Si famia reserit impedimentum conjugii, etiam nemine opponente, Episcopus ex officio suo potest de eo inquirere. Si verò impedimentum est notorium, potest Episcopus ex officio suo matrimonium separare.

PORRO de Comite Pontini, qui B. uxorem suam absque judicio Ecclesie dimisit, quia eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proponit, prudentia tua cognoscat, quod si etiam parentela esset publica & notoria, absque judicio Ecclesie ab ea separari non potuit; quare ipsum ad eam recipiendam, quæ petit restitutionem ipsius, districtè compellas; quam si recipere noluerit, eum & superinductam vinculo excommunicationis adstringas. Præterea de H. qui cognatam suam duxit uxorem, respondemus, quod non apparentibus accusatoribus, & parentela manifestæ seu publicæ existente (quod credibile non est, nisi essent in primo gradu vel secundo) tui officii interest matrimonium illa adhibita gravitate dissolvere, quæ illicitè contracta noscuntur.

PITH. 3 De Comite Pontini.] Sigebertus an. 1142. Vigner. tom. 3. 98. 4 B.] filiam Bern. de Sancto Valerico. 5 H. qui.] Hergone de Calceio, qui filiam Aletini. Hoc caput est pars capituli Cum Jelen.

IV. IDEM [c. an. 1180. Româ.]

Repletur uxor petens restitutionem mariti, si notorie fornicata est, & maritus continuit.

SIGNIFICATI, quod quidam uxore sua sine judicio Ecclesie dimissa, pro eo quod suggestum sibi fuerat ipsam incestum cum quodam consanguineo commisisse, vinculo fuit propter hoc excommunicationis adstrictus: verum mulier non continuit, sed forobolem de alio viro suscepit, nec minus potulatur viro restitui, asserens se ab ipso iniuste dimissam, & eundem sibi materiam adulterandi dedisse. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si notorium est mulierem ipsam adulterium commisisse, licet in eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse.

PITH. 6 Idem.] Cretensi Episcopo.

V. IDEM [c. an. 1175. Româ.]

Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicator, redintegratur. Et est bonus castus, & multum allegabilis.

EX literis est ut accepimus, quod V. quandam duxit uxorem, qui paucis temporibus fuere concordēs: proponebat enim idem V. quod illam per violentiam sibi illatam, metu etiam mediante duxisset: [Et infra.] Tandem vir uxorem suam super crimine fornicationis in jure convenit, quæ necitur quo ducta spiritu cogit publicè confiteri, quod cum vir negaret ei in necessariis providere, crimem compulsa est incurere memoratum. Cùmque diligentius a te fuisset admonita, ne ad suggestionem aliquis illud tam turpe contra te proponeret, ipsa id manifestè assererat; sanè tu convocato Capitulo tuo, cum ex eorundem consilio utrique privatim continentiam injunxeris observandam, ita quod castè viverent abinvicem segregati; memoratus V. furim cum alia sponsalia & nuptias temerè celebravit. Verum cum factum inquirere laborares, supradictus V. seriem rei explicans & exponens, ad audientiam nostram dicitur appellasse. Unde Fratemitati tuæ mandamus, quatenus si res ita procedit, prætaxatum virum ad legitimam uxorem redire compellas.

Tu verò unâ cum Capitulo tuo cum tam minis quam admonitionibus inter eos sepe pacem confirmare studeres, eos temerè segregatos pariter reconciliari cogesses.

PITH. 7 Idem.] Clemens III. 8 Ex literis, &c.] Caus. 15. quæst. 7. Can. 6.

VI. URBANUS III. Florentino Episcopo. [c. an. 1186. Româ in Tusciam.]

Si uxor a viro lapsa in heresim propria auctoritate diverit, ad eum reversum redire compellitur, secus si per iudicium Ecclesie ab eo fuisse separata.

DE illa quæ viro suo labente in heresim, ipsius consortium sine judicio Ecclesie declinavit; videtur nobis, quod mulier (maximè si ea intentione decellit, ut lapsus in heresim tædio pariter & confusione affectus se ab errore suo converteret) ei cum reverteretur, est reddenda; quæ etiam si reverti noluerit, compellatur. Si vero judicio Ecclesie ab eo recessit, ad recipiendum cum nullatenus dicimus compellendam.

o Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil.